

**MED41 Římské právo a jeho dědictví v mediteránní oblasti  
(římské právo po roce 476 n. l.)**

**9. přednáška – texty**

**Gótové**

**JUDr. Miroslav Frýdek**

©

**Codex Euricianus.**

Čl. 279.

Si quis alicui iumentum praestiterit, et illud per aliquam infirmitatem aput eum moritur, sacramentum primitus praebere debet, quod non per suam culpam morte consumptum sit, et nihil cogatur exsolvere. Sin autem nimium sedendo vel fascas caricando mortuum fuerit, eiusdem meriti caballum reddat...

Kdyby někdo někomu půjčil tažné zvíře a ono u něho pošlo nějakou nemocí, má napřed vykonat přísahu, že nepošlo jeho vinou, a nic nebude musit platit. Jestliže ale pošlo přílišným ježděním nebo nošením nákladů, navrátí koně téže ceny...

Titul 299.

Parentibus filios suos vendere non liceat aut donare neo oppignerare. Nec ex illis aliquid suo iure defendat ille, qui acceperit, sed ... magis praetium, quod dedit ... perdat qui a parentibus filium comparavit.

Rodičům nebudiž dovoleno prodávati jejich děti, ani je darovati, ani je dávati v zástavu. A ten, kdo by děti dostal, ať nehájí své právo, nýbrž... spíše ať cenu, kterou dal... ztratí, kdo od rodičů by dítě koupil.

**Lex Visigothorum.**

X, 1, 8.

Divisio inter Gotum et Romanum facta de portione terrarum sive silvarum nulla ratione turbetur, si tamen probatur celebrata divisio, ne de duabus partibus Goti aliquid sibi Romanus presumat aut vindicet, aut de tertia Romani Gotus sibi aliquid audeat usurpare aut vindicare, nisi quod a nostra forsitan ei fuerit largitate donatum. Sed quod a parentibus vel a vicinis divisum est, posteritas inmutare non temtet.

Rozdělení podílů na půdě a lesích, mezi Gotem a Římanem provedené, nebudiž za předpokladu, že rozdělení bylo prokázáno, v žádném případě rušeno a ze dvou třetin Gotových ať Říman se neodvažuje ničeho požadovati, ze třetiny Římanovy ať ničeho nepožaduje Got, pokud by snad mu něco nebylo poskytnuto naší štědrostí. Neboť co příbuzní nebo sousedé rozdělili, neopovažuj se potomstvo měniti.

X, 1, 11.

Terras, que ad placitum canonis date sunt, quicumque suscepit, ipse possideat et canonem

Pozemky, které jsou dány podle smlouvy o poplatnosti, kdokoli přijme (dostane), sám

domino singulis annis, qui fuerit definitus, exolvat; quia placitum non potest inrumpi. Quod si canonem constitutum singulis annis implere neclexerit, terras dominus post suo iure defendat; quia sua culpa beneficium, quod fuerat consecutus, amittit, qui placitum non inpluisse convincitur.

ať je drží a poplatek určený pánovi ať platí každoročně; neboť dohodu nemůže zrušiti. Kdyby stanovený poplatek v jednotlivých letech platiti zanedbal, pozemky pán pak ať svým právem hájí (zabere); nechť svou vinou ztrácí výhodu (přijatý pozemek) ten, kdo je usvědčen, že neplnil dohodu.

## Formulae Visigothicae.

Jde o neúplnou sbírku visigotských formulí — osnov pro vyhotovení listin (na př. propuštěcích, darovacích atd.). Pochází asi z první poloviny 7. století n. l.

Citovaný text je převzat z Zeumerova vydání: *Formulae Merovingici et Karolini aevi, Monumenta Germaniae, Legum Sectio, V., 1886, s. 576.*

### Cartula libertatis.

#### 2. Alia.

Ill. ill. liberto nostro salutem. Incertum vitae tempus, quo mortali ducimur; nulli cognitus est dies, quia nec initium nascendi novimus, dum in hac vita venimus, nec finem scire possumus, dum a seculo presenti transimus. Haec res nos excitat, ut aliquem beneficium ante Deum invenire mereamur. Quam ob rem ingenuum te civemque Romanum esse constituo atque decerno, ut ab hodierna die, ubi manendi, vivendi laremque fovendi volueris, liberam in Dei nominis habeas potestatem. Nam et, ut haec libertas plenissimam habeat firmitatem, do et dono tibi hoc et illud cunctoque peculio.

Propuštěnci našemu tomu a tomu pozdrav. Nejistá je doba života, kterou smrtelníci žijeme; nikomu není znám den, poněvadž nevíme ani o počátku zrození, když přicházíme na tento svět, ani nemůžeme znáti konec, kdy odejdeme s tohoto světa. Tato okolnost nás pobádá, abychom byli hodni prokázati před Bohem nějaké dobrodiní. Proto stanovím a rozhoduji, abys byl svobodným a občanem římským, a abys od dnešního dne měl ve jménu Páně úplnou volnost přebývati, žíti nebo se usídliti kdekoliv jen bys chtěl. A aby mělo toto propuštění pevnou platnost, dávám ti a daruji to a ono a celé pekulium.

K. — Ostrogoti. —

## Edictum Theodorici.

Je to sbírka právních norem, vydaná ostrogotským panovníkem Theodorichem někdy v letech 493—507. Na rozdíl od zákonů Visigotů a Burgundů měla platiti nejen pro Goty, ale i pro Římany. Valná většina ze 155 kapitol přejímá jenom normy práva římského, prvky práva germánského pronikají jenom nepatrně.

Citované úryvky byly přeloženy z vydání B a v i e r o v a: *Fontes iuris Romani antejustiniani* (Florence, 1940), str. 683—710.

1. Priore itaque loco statuimus, ut si iudex acceperit pecuniam, quatenus aduersum caput innocens contra leges et iuris publici cauta iudicaret, capite puniatur.

65. Quotiens se ancillae ingenuus, aut originarius, aut seruus forte miscuerit, necesse est ut omnis matrem sequatur agnatio, id est, filii omnes ad dominum ancillae pertineant.

66. Quotiens uero se originariae seruus alienus ingenuusue miscuerit, nihilominus omnes filii matrem sequantur.

67. Si uero originarius alienus se originariae fortasse coniunxerit, duas filiorum partes originarii dominus, et tertiam sobolis originariae dominus consequatur.

1. A tak jsme především ustanovili, aby byl trestán smrtí soudce, který přijal peníze, aby rozhodl v neprospěch nevinného proti zákonům a zárukám veřejného práva.

65. Jestliže by snad žil s otrokyní svobodný nebo kolon nebo otrok, je nutno, aby všechno potomstvo následovalo stav matky, to je, aby všechny děti patřily pánu otrokyně.

66. Jestliže by ale se ženou-kolonem žil cizí otrok nebo svobodný, následují nicméně všechny děti stav matky.

67. Kdyby ale snad se spojil cizí kolon se ženou — kolonem — patří dvě třetiny dětí pánu kolona a třetina potomstva pánu ženy.

83. Qui ingenuum celauerint, uendiderint, uel scientes comparauerint, humiliores fustibus caesi in perpetuum dirigantur exilium; honestiores confiscata tertia parte bonorum suorum, poenam patiantur nihilominus quinquennalis exilii.

142. Liceat unicuique domino ex praediis, quae corporaliter et legitimo iure possidet, rustica utriusque sexus mancipia, etiamsi originaria sint, ad iuris sui loca transfere, uel urbanis ministeriis adplicare, ita ut et illis praediis acquirantur, ad quae uoluntate domini migrata fuisse constiterit, et inter urbanos famulos merito censentur: nec de eiusmodi factis atque ordinationibus, uelut sub oppositione originis, quaestio ulla nascatur. Alienare etiam supradictae conditionis liceat dominis, absque terrae aliqua portione, sub scripturae adtestatione, uel cedere, uendere cui libuerit uel donare.

83. Osoby nižšího stavu, které by ukryly, prodaly, nebo vědomě koupily svobodného, ať jsou po zbičování poslány do trvalého vyhnanství. Osobám vyššího stavu ať je konfiskována  $\frac{1}{3}$  jejich majetku a vedle toho uloženo pětileté vyhnanství.

142. Povoluje se každému pánovi, aby z polí, která má v moci a která drží na základě platného práva, převáděl na jiné ze svých pozemků nebo ustanovil pro městské služby venkovské otroky obojího pohlaví, byť i šlo o kolony (mancipia originaria), aby tak patřili k oněm pozemkům, na které byli z vůle pána převedeni anebo zahrnuti mezi služebnictvo městské: a ať nevznikají z takových jednání nebo nařízení žádné spory, na př. pro námitku původu. Pánům je se zachováním písemné formy povoleno i osoby svrchu uvedeného postavení zcizovati nebo postupovati, komukoliv prodávati nebo darovati bez nějaké části půdy.